Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



si hanc contionatricem te
merariam suis assertionibus
superatam reddiderint, et
hunc imperatori optatum
reportaverunt triumphum,
quatenus blasphemias quas
dius magnus irrogat in
suum caput refusas a
gnoscat, quia rationis
ordo exigit, ut primum arte o
ratoria unde se iactanter
extollit, reuincatur, post
modum vero dum dius im
molare detractat, pena
li cruciatu intereat. Re
gius interea nuncius per
agratis prouincie finibus
alexandriam reuertitur,
ducens secum quinquagin
ta uiros, qui se in om
ni doctrina egiptiorum
et artium liberalium im
mo in omni sapientia mun
di excellentiores ultra
omnes mortales asserebant.
Hos siquidem imperator
introductos sciscitari
cepit de doctrina et sapi
entia eorum. Illi mul
ta econtra referunt. Sed
et tu imperator inquiunt.
nobis habes aperire que
nam causa est, quod nostris
sedibus euocatos huc
nos uenire uoluisti? si
magnum aliquid sit aut
diuinum quod per nos que
ras exponi. Ille respon
dit. Est penes nos iu
uenis quedam etate pu
ella, sed uerborum afflu
entia et sensu incompa
bilis, ut nobis uidetur
astuta, que etiam dis
putando euicit uiros,
eosque uictos et eligues
sibi certamine doctrine
inferiores reliquit. Sed et
quoque alios male urit, in
mortalium deorum nostrorum
culturam, non solum ina
nem asserit, sed uana